Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset, ait illis: Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit. Et quicumque me susceperit, non me solum suscipit, sed eum qui me misit.

Sequitur. Siquidem inter se invicem disputaverunt quis esset illorum maior. Lucas autem dicit quod cogitatio intravit in discipulos quis esset illorum maior. Cogitationem enim et intentionem eorum dominus ex illorum verbis manifestavit secundum hystoriam euangelicam. Ieronimus. Recte autem invicem tractabant de principatu. Similis enim est hec certatio locorum. principatus enim ut ingrediuntur. Sic deserviturus tamen diu tenetur. lavit et intentum est in qua mansione, id est in qua die finiatur. Beda. Inde autem videtur orta disputatio discipulorum de primatu: quod viderunt Petrum, Iacobum et Iohannem seorsum ductos in montem secretum quod eis ibi aliquid esse creditum. Sed et Petro secundum Matheum claves regni celorum esse promissas. Videns autem cogitationes discipulorum dominus curat desiderium glorie humilitate sanare. primatumque non esse querendum: et prius simplicia humilitatis commonet imperio. Unde sequitur: Et residens vocavit duodecim et ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus et omnium minister. Ieronimus. Ubi notandum quod cum electi disputabant de principatu: ipse sedens docet humilitatem. Principes autem laborant: humiles quiescunt. Crisostomus.

Appetebant quidem discipuli honorem habere a domino. desiderium etiam eis inerat ut magnificarentur a Christo. Quanto enim quis maior est: tanto maioribus honoribus dignus existit. ipse ideo non eorum desiderium impedivit: sed humilitatem introduxit. Theophilus. Non enim vult ut usurpemus nobis primatus: sed per humilitatem altitudinem consequamur. Mox autem monet eos innocentie puerilis exemplo. Unde sequitur: Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum. Crisostomus. Ipso visu eis persuadens humiles esse et simplices. Etenim ab invidia et vana gloria purus puer mundus existit: et a concupiscendo primatum. Non solum autem ait: Si tales efficiamini mercedem magnam accipietis: sed et alios honorabitis propter me. Unde sequitur: Quem cum complexus esset, ait illis: Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit. Beda. In quo vel simpliciter pauperes Christi ab his qui volunt esse maiores per eum docet honore recipiendos: vel malicia parvulos ipsos esse suadet: ut simplicitatem sine arrogantia, caritatem sine invidia, devotionem sine iracundia conservent. Quod autem complectitur puerum: significat humiles suo dignos esse complexu ac dilectione. Addidit autem: in nomine meo: ut formam virtutis quam natura duce puer observat: ipsi pro nomine Christi rationis industria sequantur. Sed quia ipse se in pueris recipi docebat: ne putaretur hoc esse solum quod videbatur: addidit: Et quicumque me susceperit, non me solum suscipit, sed eum qui me misit. Talem seu tantum se credi volens: qualis et quantus est pater. Theophilus. Vide quantum valet humilitas. patris namque et filii inhabitatione meretur et etiam spiritus sancti. Beda. Iohannes precipua devotione dominum amans: excludendum beneficio putavit eum qui non utitur officio. Unde dicit:

Respondit illi Iohannes dicens: Magister